



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De comprehensione Christi, & traductione ad Annam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

iam sanguinem sudavit copiosum teste Luca. ( Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram ) Vnde conicere licet, vestimenta eius iam tum fuisse madefacta cruore.

**DE COMPREHENSIONE**  
**CHRISTI, & translatione ad Anne**  
*domum, Matt. 26. Luc. 22. &*  
*Mar. 14. Joan. 18.*

**P**rimò: permisit se Dominus osculo à Iuda tradi, & quasi latronem comprehendi: ( Tanquam ad latronem existis cum gladiis ac fustibus comprehendere me: Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis ) Ipsoq; interrogante ( Quem quæritis? ) Corruerunt in terram inimici omnes.

Secundò: seruum Pontificis percutienti Petro ait ( Mitte gladium tuum in vaginam ) & sanauit seruum.

H 2

Tertiò



Tertiò: captus & à diicipulis reit-  
ctus, ad Annæ domum pertrahitur;  
vbi à Petro, paulo post secuto, semel  
negatus est, & alapam accepit à mi-  
nistro quodã obiiciente ( sic respon-  
des pontifici? )

*DE GESTIS POSTEA IN*  
*domo Caiphae. Math. 26.*

**P**Rimò: abducitur ligatus **CHRIS-**  
**TVS** ab Anna in domum Caiphe:  
vbi Petrus rursus eũ bis negavit, atq;  
respiciente ipsum Domino ( Egres-  
sus foras fleuit amare. )

Secundò: permansit ligatus tota  
illa nocte.

Tertiò: circumstantes eum satel-  
lites illudebant, vexabant, & velata  
facie colaphis cædebant, interrogan-  
tes ( Prophetiza nobis **CHRISTE,**  
quis est qui te percussit? ) ac mo-  
dis aliis blasphemabant.

¶ (o) ¶

DE